

**1219, abril, 28. Rabanal**

**Alfonso IX concede al concejo de León todo el realengo de las villas y alfores de Ardón, Villar, Alba, Bernesga, Torío y Sobrariba, para que sean perpetuamente del alfoz de la ciudad.**

(*Christus*) In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Quoniam ea que in presenti fiunt cito a memoria elabuntur nisi in scriptis redigantur, scriptura enim nutrit memoriam et obliuionis incomoda procul pellit. Iccirco ego / Adefonsus, Dei gratia rex Legio[nis] et Gallecie, una cum filiabus meis infante domna Sancia et infante domna Dulcia, notum fieri uolo omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod do et here/ditario iure in perpetuum concedo uobis vniuersitati concilii de Legione Ardon cum suo termino et cum totis directuris et pertinentiis suis pro hereditate, et in alfoz de Villar quantum ibi ad uocem regiam pertinet et pro alfoz, et Albam et / Vernesgam cum suis directuris et pertinentiis suis quantum ibi ad regiam uocem pertinet et pro alfoz, et Turio cum pertinentiis et directuris suis quantum ibi ad regiam uocem pertinet et pro alfoz, et Soberriban cum suo alfoz, cum directuris / et pertinentiis suis, quantum ibi ad regiam uocem pertinet et pro alfoz. Has igitur omnes supranominatas uillas et alfozes cum suis directuris et pertinentiis do et in perpetuum concedo uobis pro alfoz, et quantum ibi ad regiam uocem pertinet et pro alfoz. Has igitur omnes supranominatas uillas et alfozes cum suis directuris et pertinentiis do et in perpetuum concedo uobis pro alfoz, et quantum ibi ad regiam uocem pertinet et pro alfoz. Has igitur omnes supranominatas uillas et alfozes cum suis directuris et pertinentiis do et in perpetuum concedo uobis pro alfoz, et quantum ibi ad regiam uocem pertinet et pro alfoz. Has igitur omnes supranominatas uillas et alfozes cum suis directuris et pertinentiis do et in perpetuum concedo uobis pro alfoz, et quantum ibi ad regiam uocem pertinet et pro alfoz. Has igitur omnes supranominatas uillas et alfozes cum suis directuris et pertinentiis do et in perpetuum concedo uobis pro alfoz, et quantum ibi ad regiam uocem pertinet et pro alfoz. Has igitur omnes supranominatas uillas et alfozes cum suis directuris et pertinentiis do et in perpetuum concedo uobis pro alfoz, et quantum ibi ad regiam uocem pertinet et pro alfoz.

Si quis igitur, tam de mea pogenie quam de extra/nea, contra hoc meum factum uenire attemtauerit aut hanc meam donationis et confirmationis cartam modo aliquio infringere presumpserit, iram Dei omnipotentis habeat et regiam indignationem incurrat, et quantum inua/serit in duplum restituat et pro ausu temerario tria milia morabetinos in penam exsoluat, et tandem cun Iuda Domini traditore et cum Dathan et Abiron, quos uiuos terra absorbuit, maledictus et confusus penas / luat perpetuas in inferno; carta Semper robur firmissimum obtinente.

Facta karta apud Ruanal, XXVIII die aprilis, era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> L<sup>a</sup> septima. Ego dominus Adefonsus / rex hanc cartam quam fieri iussi propria manu roboro et confirmo et sigilli mei appositione communio. Infans domina Sancia confirmat. Infans domina Dulcia confirmat.

(1<sup>a</sup> col.) Petro III<sup>o</sup> existente Compostellano archiepiscopo. Johanne Ouetensi episcopo. Rvderico Legionensi episcopo. Petro III<sup>o</sup> Astoricensi episcopo. Ordonio Lucensi episcopo. Laurentio Auriensi episcopo. Stephano Tudensi episcopo. Martino II Cemorensi episcopo. Gundissaluo Salamantino episcopo.

(*Signum regis: León pasante*)

(2<sup>a</sup> col.) Comite domno Fernando uassallo regis. Comite domno Gunzaluo uassallo regis. Domno Iohanne Fernandi signifero regis. Domno Laurentio Suerii maiordomo regis. Domno Martino Sancii tenente Limiam et Sarriam. Domno Fernando Fernandi tenente Beneuentum. Domno Gil Manrique tenente Taurum et Maioricam. Ordonio Aluari tenente Casum. Domno Gomez Manrique uassallo regis.

(3<sup>a</sup> col.) Domno Jordano Quequiz tenente turres Legionis. Judices in Legione Munio Ponzardi, cantor Legionis. Domnus Aprilis. Petrus Fernandi. Domnus Andreas. Remundus Iohannis, merinus ville de manu comitis domni Gunzalui.

Archidiacono domino Petro Petri Salamantino tenente cancellarium. Magister Michael, domini  
regis notarius, scripsit et confirmat (*signum crucis*).